



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

II. Konrad von Alvensleben, Domherr, und Johann von Alvensleben, Schultheiß und Truchseß des Hochstifts Halberstadt, disponiren über Grundbesitzungen zu Severthufen zu frommen Zwecken, am 14. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XIX.

Nachlese Alvenslebenscher Urkunden.

I. Bischof Conrad von Halberstadt bestätigt dem Kloster St. Burchard bei Halberstadt unter anderen Gütern auch zwei von dem Truchseß des Hochstiftes Gebhard von Alvensleben erkaufte Hufen zu Wehrstedt, im Jahre 1208.

Conradus, dei gratia Halberstadenſis Eccleſie Episcopus — — Bona autem que Ecclesia conquisiuit, vt semper maneant inconuulsa, huic pagine ea dignum duximus annotare — Item a Geuehardo de Aluensleue, dapifero nostro, mansum vnum, in Werstede situm, pro XX marcis emerunt — Testes — Ministeriales Geuehardus de Aluensleue, dapifer noster — Anno domini MCCVIII.

Auszug aus Leuckfelds Antiqu. nummar. S. 119, wo die Urkunde vollständig abgedruckt ist. — Wohlbrücks Gesch. Nachrichten von dem Geschl. v. Alvensleben und dessen Gütern Thl. I, S. 30.

II. Konrad von Alvensleben, Domherr, und Johann von Alvensleben, Schultheiß und Truchseß des Hochstifts Halberstadt, disponiren über Grundbesitzungen zu Seuerthufen zu frommen Zwecken, am 14. September 1235.

Conradus, Halberstadenſis Canonicus, dictus de Aluensleue, — Notum esse desidero quod ordinationem duorum mansorum et dimidii in Seuerthufen, quos beato Stephano in manus domini Friderici, Halberstadenſis Episcopi, contuli taliter, uti omnis eorundem ordinatione non solum michi maneret salua, verum etiam cuilibet, cui ipsam vellem assignare, in dominum Ostonem, Halb. Canonicum, omni transfero libertate. — — —

Fridericus, dei gratia Halberstadenſis Episcopus, — Notum esse volumus, quod dominus C. de Aluensleue, Canonicus noster, vna cum fratre suo domino Joanne, prefecto et dapifero nostro, herede suo legitimo, proprietatem quandam, scilicet duos mansos et dimidium in Seuert-

hufen B. Stephano in manus nostras tali contulit conditione, videlicet vt omnis eorundem bonorum ordinatio non solum libera sibi sit, verum etiam, si in quemquam ordinationem eandem sibi transferre placuerit, sine cuiuslibet contradictione non minus illi quam sibi liberrima relinquatur. Nos igitur super huiusmodi sanctione et ordinatione ipsi sufficienter cauere volentes, et vt cuiuslibet malignandi via precludatur quod legitime factum est, Sigilli nostri munimine roboramus. Testes autem huius rei sunt Meynardus, maior prepositus Wallibicensis, Borchardus, vice Dominus noster, Laici C. de Drebaz, H. Scerenbeke. Similiter ministeriales ecclesie: H. de Ceringhe, Aluericus de Donstade, H. de Eylenstide.

Fridericus, Dei gratia Halberstadenfis Episcopus — Otto, sacerdos, canonicus nostre maioris ecclesie — altare construxit — et — quatuor mansis dotauit, — quorum duo sibi sunt in Seuerthufen — quos a Conrado de Aluenfleue, quondam prefate ecclesie nostre canonico comparauit — M. CC. XXXV. XVII. kal. octobris.

Nach Wohlbrück's Abschriften aus dem Halberstädter Domarchiv.

III. Das Domecapitel zu Halberstadt genehmigt den wiederkäuflichen Verkauf von Gebungen aus Schönningen, den der Bischof Rudolph an seinen Truchseß Johann von Alvensleben vorgenommen, am 6. August 1241.

Meinardus — prepositus totumque maioris ecclesie in Halberstad Capitulum, necessitatibus domini nostri Ludolfi, Episcopi, compatiens comiter, in eo consentimus, quod idem dominus noster de bonis episcopalibus redditus triginta marcarum Halberstad. argenti in villicatione Scheninge domino Johanni de Aluenfleue, dapifero suo, in feodo concessit: dedit enim dictus Johannes eidem domino nostro proinde trecentas marcas eiusdem monete — — tali conditione adiecta, vt quandocunque placuerit eidem domino nostro vel successori suo — — dicto Johanni vel heredibus suis — — restituere pecuniam memoratam — — ipsi bona predicta dimittent — — et hoc promisit ipse Johannes et Johannes filius suus — — promiserunt etiam pro ipsis dominus Anno de Heimborg et Henricus filius suus, dominus Henricus de Zering et Conradus filius suus — . Datum Anno M. CC. XLI. VIII. Id. Augusti.

Aus der Wohlbrück'schen Sammlung nach dem Orig. im Halb. Landesarchive.